



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

De Poenis. Titvlvs VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

interminatione maledictionis aeternae districtius inhi-
 bemus, ne in sermonibus suis ecclesiarum praelatis detra-
 hant. Aut etiam retrahant laicos ab ecclesiarum sua-
 rum frequentia vel accessu, seu indulgentias pronunciant
 indidretas. Neve (cum confessionibus b. testamento-
 rum intererant) a restitutionibus debitis, aut legatis ma-
 tricibus ecclesiis faciendis retrahant testatores. Nec le-
 gata, vel debita, aut male ablata incerta sibi aut aliis sin-
 gularibus sui ordinis fratribus vel conventibus in alio-
 rum praedictum fieri seu erogari procurent. Nec et-
 iam in casibus sedi Apostolica, aut locorum ordinariis
 reservatis quatenus absolvere: Aut personas ecclesia-
 sticas, praesertim coram iudicibus delegatis a nobis, suam
 contra eos iustitiam prosequentes, vexare indebitè, aut ad
 loca plura, & praesertim multum remota convenire, pra-
 sumant. Si qui vero praemissa, vel aliquid de praemis-
 sis attentare praesumpserint, per duos menses subiaceant
 poenis illis, quae secundum eorum regulam, vel statuta,
 pro gravibus criminibus seu culpis eis consueverunt imponi.
 Super quibus absque intermissione necessitate cum eis
 non valeat dispensari. Ceterum praelati eorum, nisi de
 iis, quae occasione praemissorum & excessuum ad eos quo-
 quo modo pervenerint, ecclesiis aut personis ecclesiasti-
 cis damnificatis, vel laicis satisfactionem plenariam ex-
 hiberint intra mensem, postquam super hoc fuerint re-
 quisiti, suspensionis sententiam usque ad satisfactionem
 debitam eo ipso incurrant, non obstantibus d. praemissis
 statutis, aut quibuslibet privilegiis, cunctisque tenoribus
 existentibus.

Ponit moderationem circa duos primos casus, hoc dicit. Ioan. Andr.

Sanè religiosis illis quibus est ab Apostolica sede con-
 cessum, ut familiaribus suis domesticis aut pauperibus in
 hospitalibus suis degentibus, sacramenta possint ecclesia-
 stica ministrare, nullum ex praemissis volumus quoad hoc
 praedictum generari.

CAP. II.

*Archiepiscopi per loca exempta Provinciae suae faciunt crucem
 ante se deferri: ipsi etiam & diaconum ibi benedicunt, audiunt
 d. roma, & illa celebrant, & faciunt celebrari: per hoc tamen
 exemptis vel privilegiatis in aliis nullum sit praedictum. Ioan.
 Andr.*

Idem in eodem.

Archiepiscopo & per quaevis loca exempta suae provin-
 ciae facienti transire, aut ad ea forsan declinan-
 ti, ut crucem ante se liberè portari faciat, benedicat po-
 pulo, divina officia privatim vel publice ibidem audiat,
 & ea etiam in pontificalibus celebret, & faciat in sua pre-
 sentia sine pontificalibus celebrari (quovis privilegio con-
 trario non obstante) sacro approbante consilio praesentis
 constitutionis serie duximus concedendum. Simili mo-
 do concedimus Episcopo, ut in locis eisdem suae dicece-
 sis possit populo benedicere, audire divina officia, & ea
 etiam celebrare, & in sua praesentia facere celebrari. Si
 tamen quod praetextu huiusmodi, in locis
 ipsi exemptis, vel circa hoc privilegiatis, nullam aliam
 jurisdictionem idem Archiepiscopus vel Episcopus ex-
 erceat, nec personis exemptis vel privilegiatis mole-
 stiam inferat, vel gravamen, nullumque b. exemptioni
 vel privilegio eorumdem aliud praedictum genere-
 tur, nec ipsi Archiepiscopo vel Episcopo jus aliud quo-
 modolibet acquiratur.

*a Vide omnino Conc. Lat. sub Leon. X. Sess. 11. in decreto in ip.
 Superne maiestati praesidio. b al. factumibus. c al. pradi-
 torum. d In antiquitatis impressis constanter legitur ita: non
 obstantibus in praemissis statutis, &c. e vide notata per Dd. in
 c. 1. ut lite pend. & in cap. antiqua de privil. f alias exerceant.
 g al. infrant. h al. ita: nullamq. exemptionis eorum vel pri-
 vilegii aliam praedictum generetur.*

DE POENIS.
 TITVLVS VIII.
 CAP. I.

*Percutiens Episcopum, capiens, & hannens, vel hoc maledi-
 vel ratiocinis, socius, consiliarius, fautor, & defensor, non so-
 posterus, cruitas in hoc delinquens, & qui officiali, parum tamen
 consilium puniuntur. Ioan. Andr.*

Clemens V. in concilio Vianensi.

Si quis a suadente diabolo in hoc sacrilegii genere
 proruperit, quod quemvis Pontificem immortali ve-
 temerè perculserit, aut ceperit, seu hannaverit, vel
 hac mandaverit fieri, aut facta ab aliis rata habuerit, vel
 socius in his fuerit faciens, aut consiliarius in his detor,
 aut favorem, seu scienter defensorerit eundem: in illis
 casibus de praedictis, in quibus ex omniannatione per
 jam editos canones non luberet, sit huius nostra con-
 stitutionis auctoritate (non obstante quacunque condemp-
 nazione, quam reputamus approbante sacro consilio pontificis
 corruptelam) anathematis mucrone percussus, a quo ne-
 queat, nisi per summum Pontificem (gratequam in ar-
 ticulo mortis) absolvi. A feudis inlape, locatibus,
 officiis, & beneficiis spiritualibus live temporalibus, quae
 ab ecclesia, cui sic offensus praef. Episcopus, obtinet, et
 ab hoc ipso, ac ad eandem ecclesiam ibere evocantur.
 Ipsi filii per masculinam descendentes lineam usque ad
 generationem secundam (omni spe dispensationis ad-
 emptae) reddantur ipso facto inhabiles ad ecclesiasticas be-
 neficia, in civitate & dicecesi, in quibus idem Episcopus
 praesidet, obtinenda. Terra quoque ipsius (quam tamen
 ultra unam dicecesim non contineat) usque ad condemp-
 nam satisfactionem eiusdem: Nec non b. loca sua loca,
 in quibus captus Episcopus detinebatur, quoad de-
 tentio ipsa in eisdem duraverit, ecclesiasticis habitantibus
 interdicto. Quod si terra eiusdem duas dicecesis, et
 ultra contineat, dicecesis domicilii principalis ipsius &
 & illa etiam, in qua fuerit delictum commissum, si sua
 sit, & duae aliae quae sub ipso sunt eidem loco magis pro-
 cinae, interdicto subiacent supradicto. Et qui in re-
 gior erit ipsius consilio, quo sua fuerit culpa poenae
 quovisq. dignam d. satisfactionem praestiterit, & om-
 nnes illius loci, in quo commissum est facinus, nec non
 civitatum, & dicecesis vicinarum ecclesias quoad benefi-
 cibus dominicis, & festivis, pulsatis campanis & con-
 accensis excommunicatus publice nunciatur. Quae
 absolvendus fuerit, sufficienter & idonee poenae, quod
 inferendae poenae parebit, & auxiliante poenae poenae
 tiam peraget injungendam. Civitas autem, quae ex-
 missa, vel eorum aliquid in Episcopo suum commo-
 rit, interdicto (donec satisfecerit) habereat memorata.
 Potestas vero, consiliiarii, ballivus, habens, advocatus, con-
 sules, rectores & officiales ipsius, quocunque nomine
 censentur, in praemissis culpabiles existentes, similiter
 excommunicationis sententiae, a qua (nisi ut excommuni-
 catus) non valeant abolitionis obtinere beneficium, sunt
 subiecti. Quae & omnia tanto magis in Episcopo
 intersectoribus sunt servanda, quanto in eos levior
 quam in praefatos poena debet exurgere, & gravior
 indignationis aculeus deservire.

*Excusat rigorem, dicens, quod graviores poenae debentur impo-
 Ioan. Andr.*

Nec super hae quisquam miretur, quod praemissa pro-
 petrantibus poenas non inferimus graviores: licet etiam
 (quod dicere pudet) hae, pro dolor, ite quenter occurrant.

*a De snellitu huius Clement, vide Joannem Lupum in not.
 de liberi eccles. part. 2. quaest. 1. b al. ita: necnon loci sui
 lia, in quibus, &c. c al. ita: & illa etiam terra in qua praed.
 d al. anagnam. e al. ita: quae etiam ratio magis, &c.*



multisq; grassantibus opus esset exemplo. & ex dignitate offensis pœnam metiri deceat offendentes. Episcopi enim dicuntur sanctissimi, Christi legati existunt, spiritalis sunt patres, nostrisq; fratres Coepiscopi, columnæ comprobantur ecclesiæ: quare gravem oporteret esse pœnam culpæ violantis dignitatem tanta præminentia adæquandam. Volumus tamen ad præsens in pœnam exaggeratione temperare rigorem: ad pœnas alias processuri, si protervitatem delinquentium hoc exposcere videamus.

Repetit jus antiquum de absolutis in mortis articulo, qui sanati recidunt, si non satisfaciunt. Ioan. And.

Sanè si quis in aliquo casuum prædictorum fuerit ab excommunicationis sententia in mortis articulo absolutus, nisi postquam pristina restitutus fuerit sanitati quam citò commodè poterit conspectui Romani Pontificis se præsentare curaverit, ejus mandatum a humiliter recepturus, prout iustitia suadebit: in eandem excommunicationis sententiam recidat ipso facto. Quamvis enim super hoc satis plenè in iure alibi sit provisum, ne tamen aliquis in hoc ex ignorantia juris se fatigat excusare, hoc expressè præmissis duximus annexandum.

CAP. II.

Trucidantes capi viros ecclesiasticos, ut renuncient beneficiis, vel ut citati non vadant ad curiam, præter pœnam excommunicationis, quam per canones antiquos incurruunt, si sint prelati, à perceptione fructuum per triennium sui suspensi, inferiores vero beneficiis sunt privati. Eandem pœnam incurruunt ipsi citati, qui se capi procurant. Resignatio etiam sit valida non tenet, etiamsi per prelatos recepta fuerit, vel ratificata. h. d. Ioan. And.

Idem.

Multorū ad nos gravis querelæ deduxit, quòd nonnulli obtinentes temporale dominium viros sæpè ecclesiasticos capere, captosq; donec sua resignent beneficia, aut ne citati ad Apostolicam sedem ab homine, vel à jure, magis ad ipsam valeant, ausu detinere sacilego non verentur, citatos eodem in exitu eorum districtum b, ut plurimum capientes. Considerantes igitur, quantum ex his tam nostro, & Apostolicæ sedis honori, quam personarum ecclesiasticarum quieto & prospero statui non sine damnata exempli pernicie deogetur: sacro approbante concilio statuis, ut præter sententiam canonis, quam facientes, & fieri procurantes præmissas incurtere dignoscuntur, procurantes ipsi, personæ ecclesiasticæ existentes, à perceptione fructuum ecclesiasticarum suarum, si fuerint prelati, triennio sint suspensi. Quòd si inferiores extiterint, eo ipso obtentis beneficiis sint privati: Illis pœnam incurris eandem, qui ne citati (ut præmittitur) ad sedem Apostolicam veniant, sed ut se obtentu huiusmodi à veniendo excusent, à potestate seculari se capi (ut interdum contigisse audivimus) procurarint. Sane resignationes beneficiorum modo supradicto extortas (licet à resignantium ipsorum prelati receptæ, aut rata habitæ fuerint) nullius omnino decernimus e esse firmitatis: Locorum ordinariis injungentes, ut postquam eis constiterit aliquos sibi subiectos pœnam & sententiam incurrisse, præmissas ipsas publicare non desistant, executionique debite (prout ad eos pertinuerit) demandare.

CAP. III.

Excommunicat religiosos mendicantes, transgressores constitutionis Bonifac. de excess. prelat. ca. unic. lib. 6. Item omnes religiosos, qui in sermonibus, vel abbi præferunt aliqua, ut retrahant à solutione decimarum, quarum solutionem certis diebus & in confessionibus suadere tenentur sub certis pœnis, quas incurruunt: Nisi sint tales, quorum monasterii, vel ecclesiæ, competat percipere decimas. Ioan. And.

a Al. mandata. b Al. ita: suorum districtuum, &c. c Vide c. Abbas, quod met. caus. & l. qui in carcerem ff. quod nocet in caus. font.

hant à solutione decimarum, quarum solutionem certis diebus & in confessionibus suadere tenentur sub certis pœnis, quas incurruunt: Nisi sint tales, quorum monasterii, vel ecclesiæ, competat percipere decimas. Ioan. And.

Idem.

Uidentes eos, quos ad observantiam jutum, virtutum præmia non inducunt, tam adjectarum exaggeratione pœnarum, quàm adjiendarum de novo, formidine à temerariis ausibus refranare, transgressores constitutionis, quæ religiosis mendicantibus domos ad habitandum, vel loca quæcumque de novo recipere, recepta hucusque mutare, vel ea transferre in alios cujusvis alienationis titulo interdicit. Illos a etiam religiosis, qui aliqua, ut audientes à decimarum ecclesiis debitarum solutione retrahant, in sermonibus suis, vel alibi proferre præsumunt, excommunicationis subjacere sententia decernimus ipso facto.

Et quia nisi fiat quòd bonum est, à malo abstinere non sufficit, religiosis omnibus injungimus sub obtestatione divini judicii, & interminatione maledictionis æternæ, ut quovis populo prædicabunt in prima dominica, quarta & ultima quadragesimæ, & in festis Ascensionis Dominicæ, Pentecostes, Nativitatis beati I. nnis Baptiste, assumptionis & Nativitatis beatissime virginis Mariæ matris Dei, audientes expressè studeant informare, si ab ecclesiarum rectoribus, vel vicariis, aut loca tenentibus eorundem requisiti fuerint: Necnon & iis quorum confessiones audient conscientiam facere, quòd decimas solvere non omitant. Quòd si forè in prædicationibus hoc ipsum supradictis diebus suadere scienter omiserint, per superiores eorum graviter arguantur. Quibus etiam superioribus in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipimus, ut contra taliter omittentes statuta pœnalia faciant, secundum quæ sic acriter puniant transgressores, quòd pœnarum sit æteris in exemplum: Constitutione bonæ memoriæ Gregorii Papæ decimi prædecessoris nostri circa hæc edita in suo nihilominus robore duratura. Qui verò scienter postpulerint contentibus conscientiam facere de solvendis huiusmodi decimis, ab officio prædicationis tamdiu maneat ipso facto suspensi, donec contentibus ipsis (si hoc ipsum sibi dicendi commodè facultatem habuerint) conscientiam fecerint: Exinde excommunicationis incursum sententiam ipso facto, si prædicare præsumperint, prædicta negligentia (ut præmittitur) non purgata. Ad e religiosos tamen monasteriorum, vel rectores ecclesiarum decimas percipientium nolumus hoc extendi.

Excommunicat violatores Decreti de sepult. lib. 6. & absolutus Papa reser. vat. h. d. Ioan. And.

Sanè temerarios violatores constitutionis illius, quæ religiosis & clericis secularibus prohibet, ne aliquos ad vovendum, jurandum, vel fide interposita, seu alias præmittendum inducant, ut sepulchorum apud eorum ecclesias eligant, vel jam electam ulterius immutent, similem sententiam (pœna in dicta constitutione contenta in suo perdurante robore) incurtere volumus ipso facto, ab alio, quàm à sede Apostolica (præterquam in mortis articulo) nullatenus absolvendos: nullis privilegiis, aut istitutis, cujuscumque tenoris existant, super his valutris.

a Vide Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 12. b In manus, codice legitur nomi. c In antiquioribus codice etiam impressis constanter legitur ita: ad religiosos tamen monasteriorum vel ecclesiarum decimas percipientium, &c.

